

oblongis acutis nervis sublongitudinal. notatis, invol. squamis acutis tomentoso-canescentibus.  $\mathcal{L}$  in montosis herbidis Persiæ valle Kadschadara prov. Nakistchiwan et in montibus Seidschadschi prov. Aderbeischan legit cl. Szowitz! Lasiospora latifolia Fisch. et Mey. l ind sem. h. petr. 1835. p. 30. Affinis *S. ensifolia*, sed folia latiora brevius acuminata, pube brevi tomentosa subsericea nec villis longis instructa. (v. s.)

53. *S. ERIOPHORA*, tota sericeo-lanata, caule 1-cephalo ad apicem usque patentim hirsutissimo foliis non longiore, foliis plerisque radicalibus lineari-lanceolatis 5-nerviis, invol. squamis linearibus acuminatis ligulas adæquantibus.  $\mathcal{L}$  in Cappadocia ad Euphratem detexit cl. Aucher pl. exs. n. 3317! Affinis *S. lanata*. Lanugo ferè Hieracii eriophori. Flores flavi. Achænia lanato-villosa. Herba 4-pollic. (v. s. comm. à cl. inv.)
54. *S. AUCHERIANA*, caule erecto ramoso striato, foliis lineari-lanceolatis acuminatis trinerviis margine lævibus integerrimis parè subvelutinis, adultis glabris, capitulis longè pedicellatis, invol. squamis ligulas subæquantibus dorso subcanescentibus.  $\mathcal{L}$  in Cappadocia ad Euphratem legit cl. Aucher! *S. divaricata* Auch. l pl. exs. n. 3315 non Turcz. Affinis *S. latifolia* sed glabrior, folia 3- nec 7-9-nervia, capitula dimidiò ferè minora. (v. s. comm. à cl. inv.)
55. *S. NERVOSA* (Trevir. ex linnæa 1835. litt. p. 73), caulibus erectis simplicibus polycephalis, foliis ventricoso-lanceolatis margine scabris multinerviis arachnoideis, achæniis lanatis.  $\mathcal{L}$  in Armeniâ. Cat. ign. †.

#### SECT. IV. PENTACHLAMYS.

Invol. squamæ 5 uniseriales. Achænia glabra. Pappi setæ paucae basi plumosæ apice aristæformes. — Species Indice. An genus proprium?

56. *S. BUPLEUROIDES* (Don prod. fl. nep. 162), caule erecto 1-cephalo glabro, foliis lineari-lanceolatis acutis planis glabris basi villosis caule brevioribus, invol. 5-phylo, pappo inæquali scabro. (1) in Nepaliâ montibus legit cl. Wallich. Radix fusiformis. Flores striati involucro breviores. An ex invol. 5-phylo et pappo scabro vera Scorzonera species?
57. *S. ROYLEI*, caulibus è basi ramosis erectis glabris, ramis apicè nudis, 1-cephalis, foliis lanceolato-linearibus basi dilatata subvaginantibus margine villosis apice callosis glabris, invol. 5-phylo, pappi setis basi plumosæ apice nudis. — in Indiâ orient. legit cl. Royle. Species ab omnibus Europæis distinctissima. Affinis *S. bupleuroidei* videtur sed flores invol. per anthesin breviores demùm longiores, pappus verè plumosus et folia basi vaginantia (ferè ut in *Alopecuro*) et pallida satis distinguunt, saltem ex descr. Donianâ. (v. s. comm. à cl. Royle.)

#### SECT. V. POLYCLADA.

Capitula 6-8-flora. Invol. squamæ 6-8 pluriseriales. — Caules ramosissimi foliosi. Cor. flavæ.

58. *S. DIVARIGATA* (Turcz. l dec. p. 21. n. 23), glabra, radice suffrutescente, caulibus ramosissimis divaricatis, foliis brevibus filiformibus apice uncinato-recurvatis, capitulo panicifloro, invol. cylindrici cano-pubescentis squamis inter. 3-5, infer. totidem abbreviatis.  $\mathcal{L}$  in montosis lapidosis Mongoliæ Chinesis. Flores pauci lutescentes subtus purpurascens. Achænia glabra. Pappus basi plumosus. (v. s. comm. à cl. auct.)
59. *S. RAMOSISSIMA*, caule erecto ramosissimo, foliis linearibus glabris acuminatis, capitalis longè pedicellatis nudis circ. 6-7-floris, invol. squamis acuminatis ligulas æquantibus.  $\mathcal{L}$  in Oriente ad Elwend legit cl. Aucher! *S. eriophora* Auch. l pl. exs. n. 3330, sed differt ab eâ et ab omnibus ferè aliis, capitulis 6-7- nec multifloris. Folia caulina circ. pollicem longa, 1-2 lin. lata, Cor. flavæ. (v. s. comm. à cl. inv.)
60. *S. VIRGATA*, infernè sublanata, cæterùm glabra, caule ramosissimo, ramis virgatis, foliis sub origine ramorum linearibus elongatis acutis, capitulis panicifloris, invol. 6-7-phylo glabro.  $\mathcal{L}$  in Indiâ bor. occid. legit cl. Royle! Affinis *S. divaricata*, sed folia longiora apice non uncinata. (v. s. comm. à cl. inv.)